



CLXXI.

# ALEXANDER IV.

ANNO CHRISTI 1254.

IMP. OCCID. VACANTE BALDUINI  
II. 26.

**P**ontificalibus Comitiis Neapoli habitis anno 1254. pridie Idus Decembr. Catholicæ Ecclesiæ Præses summus constituitur *Alexander* Rayn.an. IV. Anagninus, Innocentii III. & 1254. §. 1 Gregorii IX. propinquus, dictus Spond. antea *Raynaldus* Cardinalis Episcopus Ostiensis ac Veliternus. §. 9. 10. (1) Hic damnavit librum Guilielmi de sancto amore *De periculis novissimorum temporum*, in quo adversus Religiosos Ordines voluntariam amplectentes paupertatem, propriumque habentes nihil docebat, non licere cuiquam, nisi per vim coacto omnia relinquere; nec eum, qui Ctenobitis ab Episcopo vel Pontifice approbatus aperiret peccata sua per Sacramentalem Confessionem, satisfacere Canoni Concilii Latarenfis, cujus initium: *Omnis utriusque sexus.* (2) Idem *sanxit, ut Cathedralium Ecclesia-*